



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

c. 10. Ne aliqui.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

abiurationē constiterat, vel nunc; constat, si post illam hereticos receptet, deducat, uisitetur, siue al societ, aut doma vel munera eis donet, vel mittat seu fauorem eis impendat, qui excusari non pos sit euā sine adoratione (ut verbis vestris vita merito debet iudicari relapsus, cum illud ex approbat a se prius erroris consequentia, no sit dubium id fecisse.

*Texit in causa heres, falsum deponēs, licet per iuris sit, probat dicendo contrarium: dum tamen ex indicis consuet dictum non corruptionem, sed veritatem continere, hoc dicit.*

<sup>† Eym. 3. pa. q. 6. & seq.</sup> Licet vero periuriā testimonio, etiā post penitentiam repellantur: si tamen ijs, qui eoram inquisitoribus iurantes, tam de se, quam de aliis super factō heres dicere veritatem, eam celando deierent, & postmodum velint corrigere dictum suum, contra se ac alias sūtos complices deponendo: cum crīmē huiusmodi sit exceptum, si ex manifestis indicis apparuerit, tales non animi levitate, aut odij somnē, seu corruptionē pecuniae, sed zelo fidei orthodoxae dictum suū velle corrigerē ac modo (que prius tacuerant) reuelare in fauore fidei (nisi aliud obstat) stari debet tamē contra se quam contra reliquos attestatiōbus corūdem.

*Inquisitores super heresi deputati, non se intromittant de diuinationibus vel sortilegijs non sapientibus heresim manifestam, hoc dicit. Domi.*

<sup>† De haec materia copiose Eym. 2. pa. q. 42. & 43.</sup> Sane cum negotiū fidei (quod summē primitaria exigitur) per occupationes alias no debeat impediri: pēstis Inquisitores hereticę a sede apostolica deputati, de diuinationibus, aut sortilegijs (nisi heresim sapientē manifeste) intromittentes se non debent; nec punire talia exercentes, sed eos relinquere suis iudicibus puniendo.

*Inquisitores heres, de questionib⁹ usurarum se intromittere non possunt, hoc dicit.*

<sup>† Vide infra rescriptū. Ver. 10. quoque reper. ver. circa 5. 6. 7.</sup> De questionib⁹ præterea plurarum motis, etiam contra illos, quibus restitutionem usurarū bani IIII. Cō in penitentiam pro heresim crimine iniunxerunt, ac illi se, & sua ad hoc faciendum in iudicio Ecclesiæ obligarūt, intromittere se non possunt: ne per causas huiusmodi offendiculum negotio fidei præparatur.

*Inquisitores possunt compellere heredes fatorū hereticorum (qui tamen heretici non erant) ad implemandam penitentiam iniustam, in bonis temporalibus: secus si mortui sint, antequam fuerit penitentia iniuncta, hoc dicit. Domi.*

<sup>† Eym. 3. pa. q. 120. Zich. 38. nn. 5. 6. 7.</sup> Si uero pro ijs, quæ in heresi receptando vel defendendo hereticos, seu eis fauendo, non tamē existēs hereticus, quis commiserit, sub obligatio ne bonorum suorum. Inquisitoribus se adstrinxit ad recipiēdām ab eis penitentiam, & complenda: & ea licet iniuncta, non tamē peracta decessit, si per huiusmodi penitentiā onus impostum fuerit proficiens ad salutem, in bonis eius temporalibus exequendum: ad complementum ipsius per inquisitores cogi debent heredes vel alij, ad quos cum suo onere bona huiusmodi deuenerunt. Porro si propter huiusmodi hereticorum receptionem, defensionem, seu fauorem, quis ad faciendam penitentiam, quam Inquisi-

A tores ipsi iniūgēt vellent, bona sua obligauerit eisdem: & antequam ei penitentia iniungētur deceleretur, heretibus non est satisfactio pro extinto tam criminē iniungenda.

*Poſt mortem heretici, declarari potest eum hereticum fuisse ad finem bona eius confundandi. Domi.*

In eo vero casu, quo heredes ad successionem non debent ob heresim sui auctoris admitti: non obstante, quod auctore ipso viuente, hoc non fuerit (interueniente ipsius morte) per sententiam declaratum: ad confiscationem bonorum post mortem eiusdem nihilominus procedatur.

*Clerici instruētes testes, ne Inquisitores heretici iniungent, puniri possunt per eos, & religiosi grauius puniuntur, hoc dicit. Domi.*

Sacerdotes in super & alij clerici, qui negotiū Inquisitionis instruendo citatos hereticos, vel eorum credentes, de celanda veritate, vel dicenda falsitate, seu eos indebitē liberando, inuenti sunt impediti: (cum non sit dubium, eos ipsa facere in fauorem hereticae prauitatis) per inquisitores a talibus compesci possunt, & pena debita castigati, tam per captiōnem personarum, quam alias, prout eu ipsa exegerit delinquentes. Religio si etiam sunt immurationis pena vel alia grauius puniendi quam saeculares: si inuenti fuerint in heresi vel consimilibus delinquisse.

*Urbanus. IIII.*

*Non valent statuta, per que Inquisitoris heresis officium impeditur, vel retardatur.*

*C A P. I X.*

**S**TATUTVM <sup>†</sup> ciuitatis, castri, ville vel alterius loci, per quod negotiū Inquisitionis hereticæ prauitatis directe vel in <sup>†</sup> Eiusmodi direcione (ne in eo libere procedi valeat) contingit impediens, vel quomodo liber retardari, nullius extere firmatis, ipsiusque ciuitatis, vel loci dominium potestatem, capitaneū, cōfūles, vel rectores per quem vel quos, eadem ciuitas seu locus regitur, quocunq; nomine censeantur, ad statutum huiusmodi loci diçēlano, vel eius vicario, aut Inquisitori, seu Inquisitorib⁹ labis prefata, sine mora dispensio exhibēdus: & si tale inuentū fuerit, revocandum omnino, vel saltē ceterus moderandus q; per illud Inquisitionis processus non impediatur, vel aliquatenus retardetur, per censuram Ecclesiasticā decernimus cōpellendos.

*Clemens IIII. Inquisitoribus hereticæ prauitatis.*

*Officium Inquisitoris heresim, morte concedentis non expirat, etiam quo ad negotia prius non ceptis, vel exorta, hoc dicit.*

*C A P. X.*

**N**E aliqui dubitationē sollicita excitantes, indubium reuocet, an officiū Inquisitionis hereticæ prauitatis, sollicitudini vestra intra

# Inquisitorum cum Commentarijs.

107

intrâ ceteros limites ab Apostolica sede commis-  
sum expiret per mortem Romani Pontificis, qui  
commisit. Præsenti declaramus editio ipsum of-  
ficium non solum quo ad negotia viuente man-  
dato incepit; immo etiam quo ad integra &  
non cepta; & quod plus est, quantum ad ea, que  
tunc nequaquam emergerant in fauorem fidei,  
post committentis obitum perdurare.

*Idem eisdem.*

*Informat Inquisitores ad Deum, ut eius timoré  
hominum metui anteponant, in procedendo simul,  
vel separatim contra hereticos, & suos fautores: et  
etiam in eos absoluendo, cum vere redierint.*

## C A P. XI.

**V**erum officium† Inquisitionis contra he-  
reticos in prouincia, in qua vobis  
idem officium est commissum, aucto-  
ritate Apostolica possitis efficacius  
adimplere discretioni uestrâ per  
Apostolica scripta mandamus, quatenus ubique  
in prefata prouincia, simul vel separatim, aut sin-  
gulariter (prout negotij utilitas suadebit) contra  
hereticos credentes, receptatores, fautores, &c de-  
fensores eorum, necnon contra infamatos de he-  
reti, vel suspectos iuxta sanctiones canonicas (ho-  
minum meu diuino timori postposito) proceda-  
tis. Si vero aliquis ex predictis heretica labi pri-  
mitus abiurata, redire voluerit ad Ecclesiæ vni-  
tatem, ei iuxta formam Ecclesiæ absolutionis be-  
neficium impendatis, & iniungatis eidem, quod  
iniungi talibus consuevit. Provo † solerter, ne  
simulata conversione redeant fraudulenter, &  
vos (immo seipso) fallentes, tub agni specie lu-  
pum gerant.

*Instruit Inquisitores in modo examinationis te-  
stium, & in personis, quæ testifac scribere debeant.  
hoc dicit.*

Verum, quia in tam graui criminis, cum mul-  
ta oportet cautela, pcedi (vt in reos sine ullo pro-  
cedendis) feratur errore dura ac digne severitas vltionis)  
volumus & mandamus, vt in examinatione te-  
stium, quos recipi super crimine predicto, ipsum  
que contingentib. oportuerit, adhibeatis duas re-  
ligiosas & discretas personas, in quarum pre-  
sencia per publicam (si commode potestis habere)  
personam, aut per duos viros idones, fideliter eo  
rendem depositiones testium conscribantur. Ad  
conscribendas quoq; huiusmodi depositiones te-  
stium, & ad faciendum omnia, quæ in commis-  
sione vobis officio ad serinarij, seu tabellionis officiū  
pertinet, teneri districte precipimus, cum per eos  
 fuerint requisiti, omnes & singulos vestri ordinis  
fratres, qui dum essent in sæculo, tabellionatus  
officium habuisse, aut exercuisse noscuntur, &  
illos etiam quibus idem tabellionatus officium  
ratione præfati negotij fidei fuit ab Apostolica  
sede commissum: & in posterum committetur, co-  
cedentes huiusmodi fratribus, nec non & alijs re-  
ligiosis quibuslibet, qui similiter dum essent in

A seculo tabellionatus officium habuerunt, & exer-  
cuerunt, quibusvis etiam clericis secularibus offi-  
cium ipsum habentibus (etiam si iidem fratres re-  
ligiosi & clerici sint in sacris ordinibus constituti)  
exercendi libere officium ipsum, quoad præ-  
missa, non obstante statuto aliquo contrario ca-  
nonis vel ordinis, quo cunque vallato munimine,  
potestateve.

*Instruit Inquisitores, circa personas, per quas im-  
pediri posset vel differri Inquisitionis negotium. hoc  
dicit.*

Compescendi præterea monitione præmissa  
per cenitram Ecclesiasticam appellatione post  
posita prædicatores, quæstuariorum (vbi contigerit  
pro Inquisitionis seu fidei negotio congregatio  
nem fieri, vel alias eidem negotio, quomodolibet  
ex hoc impedimentum aliquod afficeri) a prædi-  
cationis officio, quod ad ipsos nullatenus perti-  
net (quorum interest tantum charitatua subsi-  
dia suppliciter petere, ac indulgentia, si forte ha-  
bent exponere) liberam uobis, & singulis vestrum  
cocedimus auctoritate præsentium facultatem.  
Denique ut circa præmissa plene vobis & singu-  
lis vestrum coercionis expedita, & inuiolabilis  
ad sit auctoritas, volumus, vt ea omnia viriliter  
exequamini (si opus fuerit) inuocato auxilio bra-  
chij secularis: contradictores per censuram Ec-  
clesiasticam, appellatione post positâ compescen-  
de: Non obstantibus priuilegiis vel indulgentiis,  
quibus cunque personis cuiusvis conditionis, di-  
gnitatis, vel gradus, religionis, vel ordinis, cōmu-  
nitatibus, vel uniuersitatibus ciuitatum, & loco-  
rum, specialiter vel generaliter sub quacumq; uer-  
borum expressione vel forma, à memorata se-  
de concessis, vel in posterum concedendis: cum  
ex huiusmodi vel alij priuilegijs vel indulgentijs,  
nullum vobis in tanta pietatis negotio, velimus  
obstaculū interponi, & constitutione de duabus  
dictis edita in concilio generali. Statuimus, insu-  
per ut potestas, capitanus, seu rector, vel consu-  
les, seu quisvis alij, qui ciuitati præfunt, vel loco al-  
teri ad præsens, aut præterunt in futurū, ad requi-  
sitionem diæcesanorum, vel uicariorum suorum  
seu Inquisitorum heretica prauitatis, iurent pre-  
cise attendere inuiolabiliter, & obseruare, ac fa-  
cere a suis subditis obseruari, toto tempore sui re-  
giminis, in terris sua iurisdictioni regiminis in su-  
biectis, cōstitutiones cōtra hereticos, credentes,  
receptatores, fautores, & defensores eorum ipso-  
rumque filios & nepotes à sede Apostolica pro-  
mulgas, ac etiam approbatas: quas qui iurare  
noluerit, & seruare, vt infamia & tanquam her-  
eticorum fautor, ac de fide suspeccus, officio & ho-  
nore sui regiminis spoliatur: nec ulterius potes-  
tas, capitanus, consul, vel rector habeatur in ali-  
quo, aut de cetero in aliquam dignitatem vel of-  
ficium publicum ulterius assumatur; & quæ vt  
potestas, baliius, consul, vel rector fecerit, nul-  
lam obtineant firmitatem.

*Bonifacius VIII. Inquisitoribus heretice  
prauitatis.  
Comprehendit ista decretalis plura utilita pro ex-  
pediendo*

<sup>† Vide Cōci.  
Trid. fess. 5. d.  
refor. cap. 1.  
ia fi.</sup>

<sup>† Eym. 3. par.  
q. 32. Cāpeg.  
ad Zāch. c. 31.</sup>

<sup>pena Magi-  
stratum le-  
ges cōtra ha-  
reticos editas  
nō seruati.</sup>